e-codices



examinari fecit per illos qui minus inter cardina
les favorabiles negotio videbantur. Quibus dili
genter discussis et ab omnibus approbatis, de fratrum suorum
et omnium prelatorum qui tunc erant in curia concordi consilio
et assensu canonizandum decrevit. Veniens
itaque personaliter ad civitatem Assysii, anno dominice
incarnationis M. CC. XXVIII. XVII. kal.
augusti die dominico, cum maximis que longum fo
ret enarrare sollempniis beatum patrem kathala
Anno vero domini. viii go sanctorum asscripsit.
M. CC. XXX. convenientibus fratribus ad capitu
lum generale Assisii celebratum, ad basilicam in
honorem ipsius constructam, corpus illud domino dedicatum
VIII. kal. Iunii translatum est. Dum autem ille sa
cer transportaretur thesaurus, bulla regis
altissimi consignatus, miracula plurima il
le cuius effigiem preferebat operari dignatus est,
ut per odorem ipsius salutiferum affectus traheretur
fidelium ad currendum post Christum. Erat revera
condignum ut quem Deus in vita sibi placentem et di
lectum effecit, in paradysum per contemplationis gratiam
transtulerat ut Enoch, et ad celum in curru igne

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. f.%2091r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/f.%2091r)